



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica  
Recapitvatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Decima-septima Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

May 17.

N A T A L E S

Decima-septima Maij.

*De B. Cælestini PP. reliquijs in Rothnaco.*

*Ex rescripto domini Laurentij Bachelaer, Rothna-*  
*censis.*

**I**N Rothnaco, beati Cælestini <sup>2</sup> papæ, cuius reliquiae habentur in Canonicoru ecclesia à Ludouico rege fundata. Natale in Romano Martyrologio notatur die sexta Aprilis. Sed Rothnacensis clerus festiuitatem celebrat in die translatarum reliquiarum.

Fuit & alius sanctus Cælestinus Rothnaci. Refert enim Meierus, Rothnaci obiisse beatum Cælestinum Scotum, abbatem Blandinensem, sive Gandensem ad sanctum Petrum. Quem Carolus Martellus extrusserat in exsilium, eo quod diceretur esse partium Ramanfredi. Sed huius nulla est in Rothnacensi ecclesia memoria.

*a Merito dubites an alterius, si conferas Prolegomena Pamelij ad Cyprianum, ubi dicitur, Vita Celestini gladio fuerat data fini.*

Die decima-octaua Maij.

*De sancto Quiniberto confessore.*

*Ex rescripto domini Iacobi de Barlaymont, Benedictini Maricolensis.*

**A**UD Quercetū, sancti QUINIBERTI cōfessoris Qui est sanctus Maricolensis, locus enim quietis fuit Prioratus Maricolensiu, in quo etiam habitasse putatur. De eo scriptū accepit ex Maricolis. De beato Quiniberto omnia nobis incerta sunt præter nudū nomen nostris inseritū Calendarijs, sub solēnitate festi medijs Capsula lignea, quo ossa eius &c reliquias contineti credunt indigenæ, apud vicum quem vulgo dicimus Serlesches, nostro etiam saeculo crebris miraculis sanitatum refulsit,

vt non-

Meierus  
MS. 763.